



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. XXIX. De Principatu Arausisionensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

Societatis Iesu moderantur. Tertium locum obtinet *Fanum S. Nicolai*, municipium amplissimum : in cuius templo adseruatur ex D. Nicolai Myreenis Episcopi manu Articulus unus, inclusus auro, multis gemmis interstincto. Vnde huius loci nata primùm amplitudo, pijs aduenis vndique confluentibus.

Lotharingia varijs Episcopis in spirituallibus subest: quos inter sunt, Metensis, Tullenfis & Virdunensis. Eas vrbes olim Imperiales Henricus II. Galliae Rex in suam rededit potestatem.

CAPVT XXIX.

DE PRINCIPATV ARAV-
sionensi.

PRincipatus hic nomen habet ab vrbe primaria Arausione , vulgo *Orange*, quæ Episcopum habet, Arelatensi Archiepisc. suffraganeum , & Academiam, itemque Senatum seu Parliamentum, ad quod fit Prouocatio à Iudicijs minorum aliquot opidorum.

Olim ad Cabillonensem , nunc ad Nassauiam gentem spectat. Cùm namque Philibertus Cabillonensis , Princeps Arausionensis , Prorex Neapolitanus , Caroli V.

Imp.

78 DE STATV RELIG. CHRIST.

Imp. nomine, in obsidione vrbis Florentiae anno 1530. occubuisse, soror eius unica & haeres Claudia Henrico Nassauio in manum conuenit. Renato Henrici filio anno 1544. in obsidione Landresiana extincto successit Guilielmus eius patruelis, qui turbarum postea apud Belgas auctor existit, & Delfis Batauorum anno 1584. perijt.

Guilielmi filius Philippus Guilielmus, post multorum in Hispania annorum custodiam, à Serenissimo Archiduce Alberto, Belgarum Principe, in Belgicam redactus, ut erat Religionis Catholicæ studiosissimus, eandem in Principatu Arausionensi restituit, & Bruxellis anno 1618. moriens Mauritio fratri suo & haeredi tabulis testamenti commendauit.

CAPVT XX.

DE BELGICARVM PROVINCIARUM statu.

Germania inferior, siue Gallia Belgica prouincijs hodie XVII. continetur. Sunt in his Ducatus IV. Brabantia, Limburgi Lutzenburgi & Geldriæ: Comitatus VII. Flandriæ, Artesia, Hannonia, Hollandia, Zelandia, Namurci & Zutphania: Marchionatus